

Author: Phaedrus

Title: 2.3 De Successu Improborum

URL:

<https://archive.org/details/phaedriaugustica00phae/page/n174/mode/1up?view=theater>

Laceratus quidam morsu vehementis canis,
Tinctum cruore panem immisit malefico,
Audierat esse quod remedium vulneris.
Tunc sic Aesopus, "Noli coram pluribus
Hoc facere canibus, ne nos vivos devorent,
Cum scierint esse tale culpa praemium."
Successus improborum plures allicit.

quidam
laceratus morsu vehementis canis
immisit panem
tinctum malefico cruore,
quod
audierat
esse remedium vulneris.
tunc sic Aesopus,
"noli facere hoc
coram pluribus canibus,
ne devorent nos vivos,
cum scierint
praemium culpa esse tale."
successus improborum

allicit plures.

meter: iambic

Lacera·tus qui·dam mor·su vehe·mentis · canis,
Tinctum · cruo·re pan~ · immi·sit male·fico,
Audie·rat es·se quod · remedi·um vul·neris.
Tunc sic · Aeso·pus, "No·li co·ram plu·ribus
Hoc face·re cani·bus, ne · nos vi·vos de·vorent,
Cum scie·rint es·se ta·le cul·pae prae·mium."
Succes·sus im·probo·rum plu·res al·licit.